



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 4. Vtrum Romani & Latini Barbari dicti sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

solo, mater in filiæ gremium translata est Albanis omnibus Romanam immigrare iussis.

Sub Anco Martio tentati Latinorum tantum aliqui, atque subacti: sed eosdem potius contudit Tarquinius Priscus, à quo & Sabini rebellantes compressi. A Seruio Tullo res Romana potius ordinata quam aucta. Tarquinius Superbus Gabios cepit, filij sui fortitudine, & vibicibus usus, sed eius postea libidine Romanum regnumque perdidit.

Exinde per Consules administrata Resp. nequicquam redditum moliente Tarquinio. Magnus ingruit à Porsena Rege Etruriæ metus, sed hunc excutere cœpit Horatij Coclitis virtus in ponte sublicio, pacem sancire constantia Scæuolæ compulit. Mox iterum vieti Sabini, mox Aurunci. Sponte se dedidit Præneste, unde belli Latini semina, qui ad Regillum lacum deuicti fœdus percussere, sed quod abruperunt statim. Volsci gens ampla per se, tamen tunc & Hernicis coniuncta caput extulere, sed deuicti tandem vna cum Æquis. Tum trans Tiberim regressum est: ad Cremeram arcem & flum res male cessit trecentis Fabiis uno die oppressis. Iterum Æqui, Volsci, Hernici repressi sunt, & paulò post Æqui sub iugum missi per T. Q. Cincinnatum ab Aratro ad Dictaturam vocatum. Exinde saepè renouata bella cum Volscis, Æquis, Veientibus, Faliscis, decennali obsidione capti Veientes. Galli Senones victoriarum penè obduxere fontem, ab iis capta Roma & incensa; sed statim virtute Camilli Po. Ro. fortuna reparata est: nihilominus cum Gallis deinceps pugnandum fuit, donec pñè in Italia omnes extinguerentur. Inde in Samnites pro Campanis bellum suscepimus quod 70. & amplius annos tenuit. Etruscorum quoque 12. populi simul coniurarunt, sed 60. suorum millia perdidere. Tarentinum quoque bellum follicitos Ro. tenuit ob accersitum ex Epiro Pyrrhū, sed hic subactus Romanorum animos auxit: Punicum bellum primum eos potius exercuit quam fregit; sed secundo bello Punico tam feliciter confecto, quam infortunatè inchoatum erat, Romani deinceps non tam ad bella, quam ad victorias profecti sunt, & ex orbe vniuerso quidquid optauerunt, obtinuere.

NVM. 4. Utrum Romani & Latini Barbari dicti sint.

HANC questionem alias leuiter attigimus, sed eo loco confi-
EEce ij

cienda est hoc pacto, si dixeris id credidisse nonnullos veterum, alios pernegasse.

Pro parte Aiente, profertur Liuius lib. 31. apud quem Macedonum legatus in concilio *Ætotorum Romanos Barbaros* appellat. Sed ut reliquos omittam Plautus disertè huic opinioni fauet, dum ait *Marcus vertit Barbarè hoc est Latinè: & in Captiuis cùm vnuis Latinis nonnullas vrbes appellasset, alter paulò post eas Barbaras vocat.*

A Negante facit, *primo*, quod lingua Latina credita sit Dialetus *Æolica Græca*, nonnullis tamen admissis Aboriginem vocibus, id Dionysius Halic. qui hoc diligenter se excusasse profitetur: quod ante eum annotarat Tyrannio libertus Terentia vxoris Ciceronis, ut tradit Suidas. *Secundo*, quod Ennius Romanos Græcos nominaret, ut tradit Festus, & quidam apud Plutarchum ex Heraclide Pontico Romanam urbem Græcam dixerunt. *Tertio* denique apud Liuium in oratione Metij Suffetij ad Tullum Hostilium Latini Barbaris opponuntur, igitur Romani non putabantur Barbari. *Quarto* denique apud Plutarchum in vita T. Quintij Flaminij Græci cum Romanis dicuntur κοινωνίατα παλαιός γένους ἔχει δοκιμῶτες, habere videri antiqui generis communitatem. Neque aliter proposita quæstio dissolui potest.

N V M. I. Dinitie Romanorum.

QVANTVM pecuniæ intulerint in *Ærarium Imperatores Rom. viætores*, atque triumphantes ex variis locis T. Liuij colligere potes, si otium est. Vnus Paulus *Æmilius* ex Macedonicâ prædâ intrulit supra tredecim milliones libratum nostrarum secundum opinionem Velleij, Cato Uticensis ex bonis Ptolemæi Cyprij supra undecim milliones. Cæsar 37. milliones cum dimidio, cùm miliçi & populo insuper 64. milliones distribuisset; atq; etiam postea se posuit in templo Opis 44. milliones quos Antonius suffuratus est, legauitque populo moriens decē & septem milliones. Augustus hereditatis nomine ab amicis 250. milliones acceperat, quo imperante Gallia 20. milliones annui tributi, ac totidē *Ægyptus* pensitabat. Tiberius moriens fere 169. milliones reliquit, quos uno anno Caligula profudit. Nero, ut taceam eius insana ædificia, conuiuia, &